

matrimonium sic contractum, 3. Secundum matrimonium publicum praefertur priori clandestino, uno integro teste, & fama comprobato, 4.

Triplex alia pena est matr. clandest. I. Matrim. hoc odiosum est quod restitutionem. Quia mulier ipsolata a viro quasi possessione maritali, ante omnia est restituenda, cap. Ex conjugatione, &c. Literas, de restitut. spoliat. & explicuit l. 2. de disp. n. 50. At si matr. fuit clandestinum, non restituitur ante omnia, ut docet leg. Ex transmiss. verb. Legitime, de restitut. spoliat. per illum restitutum, in facie Ecclesie contractam esse matr. Idem tenet ibi. Imola n. 4. & Jo. Liconilla apud consilia matr. Zileri, cons. 49. n. 4. 701. 1. Et ratio est, quia matr. clandestina sunt odiosa, eo quod contra Ecclesiam interdictionem incurrunt, unde pro eis inponenda est poenitentia c. 1. & 2. de matr. contra. contra interdict. Eccles. Et ita non mirum, si non eo favore fruatur, antequam de illis constet, quo gaudet matr. in facie Ecclesie contractam. Juxta enim praefatum contra illum, qui adversus jura nititur, reg. Qui contra, de reg. jur. in 6. unde non praefertur hoc matr. antequam probetur. Item quia liber homo possideri nequit, nisi ex aliquo titulo conjugii, ut bene gl. de. Ex transmiss. verb. Et ad cogita, & ibi Cardin. vers. Et oppono ad hoc, & cum de matr. clandestino non constat Ecclesie, imo contra ipsum praefatur, debet probari: Ut bene Anton. dicit. cap. Ex transmissa, sine, & ibi Imola n. 2. Tandem, quia clam praesens potest propria auctoritate spoliar. Barr. l. 1. s. interdictum, num. 3. ff. ubi possidetis, de regul. j. in l. i. n. 53. de restitut. spoliat. unde ne spolietur, debet titulum ostendere: dum ergo non ostenditur Ecclesie titulus matrimonii clandestini, non est conjux ipsolata ante omnia restituenda.

II. Pena est, si ignoranter intra gradus prohibitos contractum sit, neglectis, scilicet, denunciationibus, separandum est: contrahentes quare debent spe dispensationis obtinenda. Ut habetur in Trident. sess. 24. de matr. cap. 5. An vero haec pena locum habeat, quando est aliud impedimentum, dixi hoc 3. lib. disp. 42. num. 7.

Sed rogabis cui utilis sit hoc decretum? Concilium enim non potest Pontificis dispensationem interdiceret, episcopus potestatem ligare: Quia Concilium auctoritate Papae congregatum, & ab ipso confirmatum, patet est auctoritatis eam ipso Pont. par autem in parem non habet imperium, c. Insuper, de elec. l. 1. l. 1. n. 10. s. Insuper, ff. ad Trib. Aliqui dicunt si ex usu, aut experientia, non prudentia constaret dispensationem in aliquo decreto vergeret in damnum Ecclesie, Conc. posse hoc declarare, & deinde inconstituti in tali casu dispensandum esset. Quia ad Conc. spectat res ad fidem, & mares spectantes definit: & ea definitio, & declaratio facta, non posse Pontificem ex quaecumque causa dispensare abique culpa lethali: quamvis dispensatio aliter constet, valida est, cum sit in pure humano. Et quod peccet lethaliter, prob. quia Concilium in ea declaratione errare nequit: igitur talis dispensatio est perniciosa Ecclesie, & subinde culpa lethalis. Sic docent Victoria opus. de Joseph. Pope, n. 10. l. 1. 12. Corda. a. que sitonaris, q. 9. Met. 1. 2. q. 97. a. 4. Quare iuxta haec doctrinam dicendum est, si in hoc casu, in quo Trident. statuit clam contrahentes in gradibus prohibitis, si dispensationis carere debere, Pontifex abique nova iustissima causa emergenti dispensaret, eam lethaliter delinquere: sed ex tali causa. Quia licet talis dispensatio frequens, sit Ecclesie perniciosa, at quando est rara, & ex causa iusta, non est talis. Praeterea in impetratione dispensationis talis impedimentum, necessario exprimerendum est matr. sic contractum, ne sit subreptitia, Quia eo ipso quod Concilium decrevit, hoc contrahentes spe dispensationis carere debere, constituit hujusmodi mater impedimentum esse ad dispensationem impetrandam, & consequenter tacite jubet illud exprimi. Deinde, quia in decretis Concilii nunquam est vitus Pontifex dispensare, nisi specialem mentionem faciat: ut dixi hoc 3. lib. disp. 26. nu. 7.

III. Pena matr. clandestini est, ut secundum matr. publicum praefertur priori clandestino, uno integro teste, & fama comprobato: quamvis secundum duobus solis testibus comprobatur, licet alius unus testis cum fama plebe probet. Quia in re immorari nolo, eo quod cum hodie matr. validum necessario contrahendum sit coram parochia, & duobus testibus non potest evenire casus, in quo secundum publicum praefertur. De qua pena consulti sunt Covar. 4. decret. 2. p. c. 6. m. n. 11. Ant. Cucus l. 5. in fin. n. 11. n. 80. & seqq.

DISPUTATIO XLVI.

Quae sint poenae contrahentium matrimonium clandestinum, & testium assistentium?

SUMMARIUM.

Contrahentes clam an sint inhabiles ad simpliciter contrahendum? referunt opinio affirmans esse in perpetuum inhabiles. Et parochus assistentem horum matrimonium, si publice contrahere velint, absque Episcopi licentia, esse vicario suspensum, num. 1. Non sunt inhabiles nisi ad sic contrahendum, possunt contrahere servata forma Tridentini, num. 2. Et ibi, quod non

est verisimile, est incredibile. Non est opus declaratione, ut matrimonium absque parochia, & testibus contractum dissolvatur, 3. Nec est opus declaratione, aut Episcopi licentia, ut hi aliam matrimonium incurrant, nec parochus assistens matrimonio tali incurrat suspensionem, & an sit alia poena pleniendum, num. 4. Et solvuntur argumenta, 5. Sunt graviter puniendi arbitrio Ordinarii clam contrahentes absque parochia, & testibus, 6. An contrahentes clam omitti denunciationibus, & testes, qui interficiant, puniendi sint, & qua poena referunt opinio negans, num. 7. Et contraria verior, 8. An expediat excommunicationem synodalem ferre in sic clam contrahentes, 9. Expenditur valor constitutionis Salmantinae excommunicantis clam contrahentes, & praecipitur eos vitari ante denunciationem, 10. An contrahentes clam trabendi sint in servitutem perpetuam, 11. De poena exheredationis, remissive, 12.

Quinque poenis afficiuntur contrahentes ipsi clandestini. I. Est, inhabilitas ad sic contrahendum: clandestine enim contrahentes absque parochia, & testibus redduntur inhabiles ad sic contrahendum. Ut constat ex Trident. sess. 24. c. 1. de matr. Quam poenam quidam Doctor (ut refert Matuzo l. 5. recep. l. 1. rub. gl. 1. n. 39. ejus nominis tacito) intelligebat, ut sic contrahentes incurrerent perpetuam inhabilitatem ad contrahendum matr. propter adverbium illud. Omnia, quod significat in perpetuum, excluda omni gratia, & dispensatione, (ut dixi lib. 1. disp. 32. n. 6.) Et Matuzo l. 3. de irregul. c. 25. s. Crimina impedimenta matr. n. 17. vers. Hodie alius casus, dicit hodie incurrere parochum triennem suspensionem, de qua habetur: c. in de clandest. d. spoli. si hos iterum matrimonio jungat absque Episcopi licentia: & ita videtur sentire, esse inhabiles in perpetuum, saltem ad licite contrahendum abique Episcopi licentia.

Verum certissimum est, tantum esse inhabiles ad sic contrahendum, id est, clandestine: unde si velint iterum palam contrahere, nulla indigere dispensatione. I. quia sic declaravit Cardinales: ut referunt omnes DD. citandi. 2. quia Trident. non dicit absolute esse inhabiles, sed limitat, ad sic contrahendum, nempe, abique parochia, & testibus: ut praecedentia immediate verba declarant, ibi, Qui aliter, quam praesente parochia, &c. & mox subdit, Eos ad sic contrahendum omnino inhabiles reddat, ergo non absolute reddit inhabiles ad contrahendum, sed ad contrahendum modo ibi prohibito, nempe abique parochia, & testibus. 3. quia cum haec perpetua inhabilitas sit maxima poena, graviusque omnibus expostis, non est verisimile, ut Concilium volens eam imponere, non exprimeret. Quod autem non sit verisimile, est incredibile, l. Mevius, in princ. de legat. 2. cum multis consensu per Tiraque l. Si unquam, in pres. n. 37. & seqq. d. de reor. d. donat. Tandem, quia hoc est jus novum, iurisque antiqui correctorium, ergo potius est stricte, quam ample interpretandum. Sic tenent Menoch. de praesump. l. 3. p. 1. in fin. Garis. de juram. l. p. cap. 51. num. 22. Perez l. 5. orationa. tit. 1. ad fin. gl. 2. S. Ultrius dubitatur, Ant. Cucus l. 5. in fin. n. 11. n. 11. Matuzo l. 5. recep. l. 1. rub. gl. 1. n. 10. de elec. c. 1. l. 1. n. 30. Salzedo praed. c. 73. vers. Et ex Theologis, Veracrius append. ad specul. dub. 8. Palaec. 4. d. 28. disp. 3. ad fin. vers. Hic non nunquam, Brevi l. 1. de matr. cap. 5. num. 8. cap. 7. num. 2. Manuel l. 1. om. jun. d. 221. num. 3. Barb. a. Ledesma. dub. 21. de matr. fol. 1319. Petr. de Ledesma. de matrim. q. 45. art. 5. f. 183. col. 1. s. Est tamen dubium, vers. Tertio dicendum, Ver. a. lib. 7. jun. cap. 121.

Hinc inferitur 1. non opus esse declaratione aliqua, ut matr. abique parochia, & testibus initium, dissolvatur. Quia ex ipso Tridentini decreto sess. 24. c. 1. de matrim. constat nullum esse, nec decretum illud aliquos latet. Sic Navar. l. 1. conf. in l. edit. de sponsal. conf. l. 1. n. 2. in 2. de clandest. d. spoli. conf. 3. num. 2. Matuzo l. 5. recep. l. 1. rub. gl. 1. n. 55.

2. Inferitur, minus bene sentisse Majolum relatum n. 1. exigentem Episcopi licentiam, ut hi recedant a priori matrimonio, novumque contrahant. Verum hi id est in eis minus publicum, ita ut verisimiliter timeretur scandalum, quo id sedaretur, petenda esset Episc. declaratio. Haec tamen non praesumpta parochus eos conjugens alio matrimonio, minime incurreret triennem suspensionem, c. in de clandest. d. spoli. quamvis oppositum sentierit Matuzo cod. num. 1. relatu. Quia ea imponitur parochia assistenti matr. clandestino, alio interdicto, quale non est hoc: sed erit poena arbitraria puniendus. Sic Salzedo praed. cap. 73. s. Illud tamen. Manuel l. 1. tom. 2. edit. cap. 221. num. 2.

Ad arg. propositum, n. 1. de clandestine contrahentes esse perpetuo inhabiles, non ad contrahendum simpliciter, sed ad clam contrahendum. Quia Trident. non reddit inhabiles omnino, sed omnino inhabiles ad sic contrahendum.

II. Pena est arbitraria: sunt enim graviter Episcopi arbitrio puniendi contrahentes clam absque parochia, vel alio sacerdotis de ejus licentia, aut minori testium numero, quam duorum. Sic praecipitur in Trident. sess. 24. de matr. c. 1. Unde sit, peccare Ordinarium hos non punientem. Quia dicit Trident. Sancta synodus eos arbitrio Ordinarii puniri praecipit. Quod si id matr. consummatur, cum gravius delictum sit, rigidior debet esse poena. Haec docent

docent Salzedo praed. cap. 73. s. Septimo ex virbis, s. Circa quod tamen. Manuel l. 1. tom. 2. edit. c. 221. n. 4.

Inquires autem an testes clandestini matrimonii puniendi sint: ipseque contrahentes omittis solis denunciationibus? Enriquez lib. 11. de matr. c. 5. n. 6. ait quando matr. est clandestinum ob solam denunciationem omissionem, solum parochum puniendum esse. Et in commun. lib. B. dicit, sic esse conclusum Salmanticae post longam disputationem. Quia Trident. d. c. 1. c. in de clandest. d. spoli. soli parochia imponit poenam.

Sed Trident. nec parochia, nec contrahentibus omittis denunciationibus poenam imponit, sed tantum quando abique debito testium numero, vel sine parochia celebratur matr. & c. f. de clandest. spoli. si. expresse poenam assistenti, & contrahentibus abique denunciationibus poenam imponit: illi triennalem suspensionem, his vero, conligam poenitentiam: ubi gl. Pontentia, reddit rationem, quia contrahunt contra Ecclesiam interdictum, ejus praecipuum contententes. Et cum poena non sit ibi praecipua, est arbitraria: arg. c. de causis, de offic. deleg. Sic docent Alex. de Nevo, cod. c. f. s. 5. n. 5. Led. 2. p. 4. q. 47. a. 5. f. 452. col. 1. Rojas epu. juce. c. 2. n. 22. Gut. de juram. l. p. c. 5. Quamvis autem testibus in neutro decreto poena imponatur, at cum peccent auctoritatem praestando matr. ab Ecclesia interdicto, ejus iuxta contententes, condigna iuxta poenitentia puniendi quae fit ratio, ut proxime dixi, ex gl. ed. s. v. Penitentia, ut contrahentes puniantur. Et sic docent Panor. ord. c. f. n. 5. Gut. de juram. l. p. c. 5. n. 25. Rojas epu. juce. c. 2. n. 23. Pet. de Led. de matr. q. 45. a. 5. f. 183. col. 1. s. Bistamen d. 2. n. 23. Ad idem iuxta alii DD. asserentes hos testes delicti reos esse, hi sunt Host. cod. c. f. vers. Sacerdos, Anbar. n. 14. Anton. n. 14. Praepos. n. 6. Alex. de Nevo ibi, in princ. nu. 14. Et quamvis Ant. Alex. de Nevo, & Praepos. ibi, asserant hos lacros intervenientes tanquam testes peccare in illum textum c. in. at non incurrere suspensionem triennem impolitum ita, quia tantum imponitur sacerdoti assistenti, nec est poena laicis proportionata: at nil sentiunt contra nostram sententiam: fateor namque non incurrere eam suspensionem: plectendi tamen erunt poena arbitraria pro culpa qualitate.

III. Pena contrahentium clam, in aliquibus diebus est excommunicatio, quam Episcopi in suis iudicialibus constitutionibus in hoc proferunt. Adverius quam indignant alii dicentes multo consensibile fore, eam excommunicationem non fulminari: quia hi Pontifices, & concilia ea opus esse iudicant, tulisset utique. Sic S. d. d. 28. q. un. a. 2. v. Quia igitur, Led. 2. p. 4. q. 47. a. 5. n. 10. in princ. l. 1. in princ. Sed non est cur ita carpantur Episcopi, cum adjuvent poenas iure communi statutas, quod tuncque malitiam hominum crelescent, penae augeri expedit.

Majus autem dubium est, de valore constitutionis iudicialis Salmanticae, cuius meminit Cov. 4. decret. 2. p. c. 6. m. n. 9. qua excommunicantur ipso iure clam contrahentes, caveturque, his excommunicatis ante denunciationem vitandos esse. Cuius valorem dicit Cov. ibi, dubium videtur, eo quod sit contra legem hinc locum latam, nempe, constitutionem Martini V. ad evitanda scandalosa, in Conc. Constantien. eidem, indulgentibus talibus excommunicatis denunciatis, vel notorios clericorum praesertim, vitandos esse. Alii vero eam conantur extendere: quia notorium est illos clam contraxisse, & notorius excommunicatus, nonnam denunciatus, vitari debet. Sic Perez lib. 5. orationa. tit. 1. f. 30. s. Item solent, Salzedo praed. c. 73. s. Si testibus excommunicationis poena. Sed melius Veracrius append. ad specul. d. 11. col. 5. dicit, eam constitutionem servandam non esse: quia est contra constitutionem superioris: arg. cap. Cum inferior, de matr. & obed. Nec est verum omnes notorios excommunicatos vitandos esse, sed solos notorios clericorum praesertim: ut habet communiter sent.

IV. Pena contrahentium clandestini est, ut ambo conjuges tradendi sint contaginosis propinquioribus uxoris, in servitutem perpetuam. Sic habetur l. si. rub. p. 4. Sed haec poena jam non habet locum: si ve quia haec lex in deterudinem abiit: ut voluit Covar. 4. decret. 2. p. c. 6. m. n. 17. Enriq. lib. 11. de matr. c. 6. n. 2. in comment. l. 1. Gutierrez, 2. praed. q. 1. nu. 31. Sive ut vult Greg. Lop. d. 3. l. final. verb. a. f. u. c. eo quod minor poena per l. 49. Tauri clam contrahentibus est statuta.

Ultima poena est exheredationis: Sed de hac, disp. leg.

DISPUTATIO XLVII.

Utrum clandestine contrahentes exheredari possint?

SUMMARIUM.

Propositur l. 49. Tauri, quae rationem dubitandi offert, nu. 1. An sola filia clam contrahens possit exheredari, vel etiam filius, 2.

Quid, si filia sit sui juris, videaturque, sive in domo patris, sive extra habitet, 3.

Quid, si agno natus, nu. 4. Vel sit major 25. annis, nu. 5.

Quid, si clam ex parentum consensu natus, an possit exheredari, 6.

An incurran tunc tam ipsa, quam testes alias poenas, l. 49. Tauri, vel saltem jus possit eas infligere, 7.

Quid, si filia agno natus, patre malitiose matrimonium dissolvens, 8.

Quid, si filia non consummato matr. proficiatur religionem,

an adhuc possit exheredari: Et an opoetate matr. consummati, ut incurran ea poena, 9. Quid, si matr. clandestinum invalidum sit, an incurran ea poena remissive, nu. 10. Et ubi etiam remissive, an haec poena indigeat iudicis sententia. An attentio iure canonico servanda sit l. 49. Tauri? referunt opinio negans, 11. Contraria verior, num. 12. Et ibi, quomodo inferior nequeat Superioris legem tollere, at potest novis poenis latere in violatores illam adjuvare. Et solvuntur argumenta, 13.

Rationem dubitandi nobis offert l. 49. Tauri, ibi, Mandamus, quae est quae contrahere matr. quae la Telesia tuovire por clandestino, et y los que en ello contrahieren, y los testigos de el tal matr. incurran en perdimento de todos sus bienes, y se han de desheredar de nuestros reinos, y que esta sea a justa causa para que el padre y la madre puedan desheredar, si quisieren a sus hijos, en lo qual otro ninguno pueda acular sino el padre, y la madre, muerto el padre: hac ibi. Quae lex hodie habetur lib. 5. recep. l. 1. l. 1. ubi additur, T puedan desheredar, si quisieren a sus hijos y hijas, que el tal matr. contra axeren. Id quod etiam apud exteras nationes similibus aliis constitutionibus observari, ex Anton. Colanoli. l. 9. juris, c. 12. ad fin. tradit Pachius lib. 1. de testam. marit. c. uxore. c. 2. de cuius legis valore non levis est controversia: cuius dispensationi praemittenda est ejus legis intelligentia.

Supponendum est, olim attentam l. 49. Tauri, sentisse scribentes eam exheredationis poenam non extendi ad filios clam contrahentes: Quia solum de filiabus mentionem faciebat. Nec erat par ratio de filiis, tum ob majorem honestatem requiritam in sexu foemineo: tum etiam, ob majorem illius fragilitatem, minoreque ingenii vigorem ad rem tanti momenti abique parentum consilio aggrediendam. Sic Cifuentes. col. 48. fin. & ibi, Castill. nu. 31. Cov. 4. decret. 2. p. c. 6. m. n. 22. Menchac. de success. creat. s. 10. n. 657. Matuzo l. 5. recep. l. 1. l. 1. gl. 1. Et ex Theologis, Sotus 4. d. 29. q. 1. a. 4. ad 4. Veracrius 3. p. specul. a. 20. concl. 2. at post l. 1. s. 15. recep. res dubio caret: cum expresse extendat l. 49. Tauri, ad filios. Et ita fatentur omnes.

Adde, hanc exheredationis poenam non solum habere locum in filiabus familias, sed etiam in ipsius viduis effectus, in parentum domo degentibus, clamque contrahentibus. Quia leg. 49. Tauri: nullatenus in hoc patriam potesta tem considerat, cum etiam matri hanc potestatem non habenti, s. Femina, instit. de adopt. l. 2. l. 17. p. 4. concedat ex hoc posse filiam exheredare Sic Covar. 4. decret. 2. p. c. 6. m. n. 22. Veracrius 3. p. specul. a. 20. concl. 2. Enriq. lib. 11. de matr. c. 6. n. 2. Gutierrez, 2. praed. q. 3. fin. Barr. a. Ledesma. de matr. dub. 24. concl. ult. Imo id verum credo, quamvis non habitent cum parentibus. Quia lex non patriam potestatem, nec cohabitationem considerat, sed parentibus reverentiam debitam. Quod inde colliges, quia solis parentibus accusandi jus deest. Sic Azbed. lib. 5. recep. tom. 1. l. 1. num. 52. Et videtur tenere per alte l. Unumque familia, s. Sed & si fundum, n. 31. ff. de leg. 2. Meres de major. l. 2. p. q. 51. n. 36. ubi generaliter docent, posse etiam filiam viduam ob hoc exheredari. Et probatur ex doctrina quadam Oldradi afferentis conditionem negativam esse perpetuam, ad conditio posita in ea leg. 49. Tauri, negativa est, dum prohibet filiam clam contrahere: perinde enim est, ac si dicit, Nec clam contrahat sub exheredationis poena. Quare minus bene Castil. l. 49. Tauri, fin. negat eam poenam locum habere in vidua.

Habet etiam locum ea poena, quamvis filia digna natus. Adhuc enim injuriam patri irrogat, eo inconstituo nubens, vitioque clandestinitatis id matr. afficitur. Sic Gom. Arias leg. 49. Tauri, n. 10. Greg. Lop. sic pronunciatum esse in supremo senatu, testatur l. 10. p. 4. Pardo, fin. l. 1. p. 4. Acosta l. Gallus, s. Et quid si tantum p. 3. n. 200. ff. de liber. & posth. Molib. lib. 2. de primog. c. 16. n. 13. Barbosa l. 1. p. 4. n. 38. ff. de iust. matr. Enriq. lib. 11. de matr. cap. 6. num. 2.

Ajunt tamen aliqui Carolum V. lib. 41. in Pincianis comitiis edita, hanc poenam ad filiam majorem 25. annis extendisse (ad dit Cov.) carentem noverca. Sic Cov. 4. decret. 2. p. c. 6. m. n. 22. Set. 4. d. 29. q. 1. ar. 4. ad 4. vers. Extat. Perez l. 5. ord. m. l. 1. f. 37. s. Secundo limitabis, Veracrius 3. p. spec. a. 20. concl. 2. addens alias eam poenam non comprehenditur filiam majorem viginquinque annis. Et Enriq. l. 11. de matr. c. 6. n. ait hanc filiam majorem non posse ob id exheredari, Quia impune infans parentibus nubit. Addit Cov. eon. 22. in postrema edit. ubi retulit, hanc legem Caroli V. haec poena: Ut quidam, quorum opinio satis dubia, & incerta est, opinatur. Sed horum verborum intellectum capere non possum: ideo dico eam extensionem minime necessariam esse: cum enim d. l. 49. Tauri, generaliter loquatur, & filia major 25. annis clam contrahens, delinquit, quamvis minime delinqueret palam nubens, extenditur ad filiam majorem 25. annis: quin potius fuit moderatio, illud additum, Modo careat noverca. Quae tamen moderatio, hodie locum non haberet: eo quod pragmatica illa Caroli V. non habetur in nova legem hujus regni recopilatione, & consequenter vim legis amittit: ut constat ex pragmatica initio noverca recipit. postea. Sic Malinatio l. de iust. 2. disp. 176. f. 1039. & seq. s. Hodie in regno Castellae. Sed re attentius nunc considerata placet prior opinio, ut poena l. 49. Tauri, non extendatur ad filiam majorem 25. annis, clam abique consensu parentis nubentem: quia praedicta lex duas condiciones petit, nempe clandestinitatem, & parentum



Atrevido, q. que pier de la verguenca, 16. tit. 16. p. 2. ibi, eadepues que los homos pierden la verguenca, e toman atrevimiento. Unde auidax conjugitur cum preuicente, aut. Habita, C. ne filius pro patre, vof. Hac igitur, ibi, Ut nullus de cetero tam auidax inuentur, qui aliquam solitariam inturiam inferre profumat, Temerarius autem non est, nec presumens, ignorantia etiam crassa infirmitas faciens, nam vere ignorans tacit. Præterea quia presumere, dolium & temeritatem importat, ut docent optime Card. Clem. 1. q. 39. de privilegii, D. Aut. 3. p. 24. e. 54. col. 3. vof. Quærit idem, Rosella Absolutio. n. 46. Angel. Excomm. 5. casu 12. n. 15. Sylvos. Excomm. at 7. casu 14. dub. 5. nu. 34. Casit. sum. vof. Excomm. e. 81. Tabiena Excomm. 5. casu 11. q. 6. 7. Navar. sum. Lat. e. 27. nu. 155. non autem est dolus, & temeritas, quando est ignorantia crassa. Et ita quando canon imponit penam preiudicium, vel ausu temerario facienti, tenet Navar. sum. Hispan. a. 27. n. 74. ubi inquit, excusari contra facientem, ex ignorantia saltem non multum crassa, idem Etrig. lib. 13. de excomm. cap. 23. nu. 3. ubi dicit, excusari ignorantiam etiam crassam, non tamen supinam. Idem sub aliquo dubio tenet Lud. Lopez 2. p. instrudi. de excomm. cap. 13. §. Sed iam ad secundum punctum, §. 887. ubi ait, forte ignorantiam crassam excusare. Quamvis contraarium tenet Immo. cap. Cum indicantur, de sent. excomm. sine, ubi expresse dicit in hoc casu probabilem ignorantiam excusare, crassam autem, & supinam reddere faciliorem dispensationem. Et videtur tenere Navar. sum. Lat. cap. 27. nu. 74. declarat. 1. ubi ait in hoc casu excusari laborantem ignorantiam non crassa. Sed verius est, quod dixi.

¶ Marito tamen dubitabit, an regularis sacerdos matrimonium solemnizans abique propositi licentia ultra suspensionem ad nutum Ordinarii, flaturam in Trident. sess. 24. de matr. c. 1. incurrit excommunicationem Pontifici reservatam, per Clem. 1. de privileg. vel potius ea antiqua excommunicatione correctâ per hanc suspensionem? Videtur enim illa esse quia nova pena in iure lege nova facta, corrigat rigidiorem antiquæ legis, (ut dixi n. 4.) ergo hæc suspensio, quæ minor pena est, iuridice novioris, corriget eam excommunicationem. Verum abique dubio tenendum est, non excommuni, sed eum regulariter utraque affici pena: ea enim doctrina, teste Anan. cap. fin. de collatione detegenda, ad soen. in Navar. sum. allegando, verum habet in penis a iudice intelligendis, non autem in illis, quæ ipso iure incuruntur, ut sunt excommunicatio, & suspensio illa Tridentini. Sic tenet Navar. 15. consil. in vof. r. 37. de penit. consil. 1. per totum, in 2. l. n. de constit. toto consil. 10. Maius lib. 3. de irregular. c. 25. n. 12. S. Clandest. matr. Manual. in tom. summa 2. edit. cap. 219. n. 14.

¶ Ad arg. num. 3. proposita, ad probandum per penam arbitrariam non correctam esse suspensionem triennalem, respondetur. Ad 1. dic derogatum esse, Tridentinumque inherere vestigiis Concil. Lateranensis, quoad præceptum debanitionum præmittendarum matrimonii, & penas parochi eas omittentis; non vero, quando id matrimonium est nullum. Ad 2. constat ex dictis n. 4. ratione penultima. Ad 3. ea doctrina neganda est: contraria enim est veteri, ut probavi eod. na. 4.

DISPUTATIO XLIX.

An si parochus alienus, vel sacerdos, qui non est parochus, non assistat matrimonio, sed alii sacerdoti licentiam assistendi concedat, sit suspendendus triennio, vel incurrat suspensionem arbitrio Episcopi?

SUMMARIUM.

Proponitur opinio affirmans, daturere penam latam in facientem eum qui mandat, vel consulti, n. 1. Secunda opinio non incurritur, nec mandantem, aut consulentem inmoderati penam in facientem latam, nisi exprimat in pena, nu. 2. Et ibi, mandans ferri delictum, non vere, sed interpretative facit. In vofibus videtur, si mandans importat. Quid, si verus parochus des licentiam non sacerdoti, nu. 3. Et ibi, quid si parochus non sacerdos conjugit alienos parochianos, vel quilibet alius non sacerdos id faciat, abique licentia proprii parochi.

Solvuntur argumenta, & emendantur, c. Mulieres de sentent. excomm. in cap. Nuper, & c. Si concubine, de sent. excomm. in reg. si damnum dat, ff. de reg. iur. c. l. Nihil interest, ff. ad l. Cornel. l. de fidei. in cap. Significavit de iudeis, nu. 4. Et ibi, ten penam excusanda est, non reddatur frustratoria.

¶ Videtur incurritur, 1. quia d. de claud. despons. suspendendus est parochus triennio, claud. conjugit non prohibens, sed hic tantum abest prohibentis, ut potius dicitur licentiam ad assistendum matr. vere clandestinam, quia desinit præsentia parochi, aut alterius sacerdotis de veri parochi licentia: ergo incurrit illam penam 2. quia saltem incurrit suspensionem latam in Trident. sess. 24. c. 1. de matr. in alienum parochum assistentem matr. abique propositi parochi licentia. Nam vere dicitur assistere is cuius mandato, & licentia alter assistit, per c. Mulieres, de sent. excomm. ibi, Cum si committat vere, cuius auctoritate, vel mandato delictum committit probatur. Et c. Nuper, eo. 1. vof. In primo quidem art. ibi, Cum facientem, & consulentem par-

pena constringat. Et reg. si damnum ff. de reg. iur. ibi, si damnum dat, qui subest damnum dati. Et l. Nihil interest, ff. ad l. Cornelium de fidei, ubi dicitur nihil interesse utrum occidat quis, an caulam mortis præbeat. Et confirm. quia c. Ita quorundam, de iudeis, excommunicantur deferentes prohibita ad Sataenos, & tamen c. Significavit, eod. t. dicitur eodem modo incurrit non deferentes propria eod. sed per nuncios, mittentes: ergo similiter non tantum incurrit suspensionem parochus propria persona assistens matr. alieni parochiani, abique debita licentia, sed etiam dum per alium assistit, concedens licentiam. Tandem, quia c. Nuper, & c. Si concubine, excommunicantur participantes in crimine criminoso, cum excommunicato, sed mandans ferri delictum, cui est annexa excommunicatio, participat in crimine, ob quod incurrit excommunicationem assistens illud, ergo eadem innodabitur excommunicatione: ergo similiter hic parochus dans licentiam assistenti matr. alieni parochiani, cum participet in crimine, ob quod sacerdos assistens incurrit suspensionem, eadem ligabitur. His rationibus ducta, alique tenent excommunicationem latam in aliquid facientem, comprehendere etiam mandantem. Sic Rosella Excommunicatio 1. casu 43. nu. 11. Sylvos. Excommunicatio. 9. casu 41. dub. 8. nu. 79. quare idem dicitur de suspensione. Et faciunt multi, quos refert Dacianus tract. crim. l. 9. c. 32. num. 1. dicentes mandantem vere facere, atque ita comprehendit sub statu puniente delinquentem. Et Abb. d. c. Mulieres, n. 10. Angel. vof. Mandatum, n. 1. ubi Sylvos. q. 4. dicit generaliter penam latam iure communi contra facientem, assistentem mandantem, scilicet quando est pena statuta. Cum ergo hæc suspensio lata in Trident. d. c. 1. fit pena juris communis, ligabit non solum sacerdotem assistentem, sed etiam dantem licentiam.

Ceterum quicquid sit de ea questione, an pena legis in delinquentem alicuius mandantes? de qua non modica est controversia, & ad concludendum voluntatis legislatoris recurrendum est: ut latissime disputat multis citatis Dacianus tract. crim. l. 9. c. 32. ad in censuris multo verius est, censuram latam in admittentem aliquid delictum, non ligare mandantes, consules, vel aliter consensum præstantes, nisi in casibus ferente censuras, exprimat. Ut de excommunicatione docent Sylvos. sibi contrarius, Excommunicatio. ult. q. 4. ad 3. Casit. vof. Excomm. paulo post princip. vof. Et personas quidem, & ibi de omnia n. 2. Tabiena Excomm. 5. casu ap. n. 1. Navar. sum. 27. nu. 51. Metina lib. 1. sum. c. 118. §. 36. col. 1. Ledes. 2. p. 4. q. 26. vof. 2. sum. in princ. Etrig. lib. 13. de excomm. c. 17. n. 26. §. 2. in comment. l. 1. §. 1. Per. a Ledes. de excomm. dub. 6. §. 1007. Et prob. quia excommunicatio, & cetera penæ, cum sint odiosæ, non debent extendi de casu ad casum, ad mandans ferri delictum, non dicitur vere illud facere, sed interpretative ergo excommunicatio, & cetera censure in facientem late, non comprehendunt mandantem. Prob. minor, ex c. Ut sciam sine, de sent. excomm. ibi, Cum hoc non est, sed illi quorum auctoritate id faciunt, & iure videtur. Nam verbum, Videtur, actionem importat: gl. Nemo §. ff. de resit. in integr. vof. Pollicetur, & ibi Bart. in com. Item c. 2. de clericis pugnans, in d. uello, pugil vere homicida dicitur, non autem mandans, licet de homicidio teneatur: & ponuntur ut diversa, mandare, & facere, c. si quis viduam, d. 50. Constat etiam, quia mandatum, & consilium præcedunt factum, præcedere autem non possunt, si vere ipsum factum essent. Et ita mandantem non vere, & proprie facere, docent Bart. §. 1. vof. qui pro emptore, a. n. 56. ff. de iur. cap. & melius l. Sed §. finius, §. 3. verum, n. 1. ff. de iur. iuris, §. 1. non l. si quis, id quod, n. 36. ff. de iur. iud. om. iud. ubi Dec. n. 8. Plaza de delictis, lib. 1. cap. 15. n. 22. Jul. Clarus l. 5. recep. §. in q. 89. vof. §. 1. sed quæro, dicens esse communem opinionem omnium fere scribentium: Boffus prædict. de mand. ad homicid. n. 1. & alii quos refert, & sequitur late hoc probans Dacianus tract. crim. l. 9. c. 32. n. 2. fatenturque omnes Doctores utriusque sententia. Tandem probatur, quia quies canon vult excommunicato non tantum facientem, sed etiam mandantes, & consules, ita explicat ut constat ex cap. Felices, de penit. in 6. c. Clem. si quis suadente, eod. tit. & ex multis bullis contra excommunicationibus. Hinc in nostro casu cum Tridentinum d. c. 1. solum suspendat parochum, vel alium sacerdotem conjugentem, vel benedicentem alienos parochianos, nec exprimat dantem licentiam, vel mandantem, vel consulentem, hi non incurrit illam. Nec etiam incurrit suspensionem triennalem, de qua in cap. finali, §. fin. ad de clandest. despons. quia ea comprehendit proprium parochum non impedientem clandestinam matrimoniam, hic autem, qui præsentiam licentiam dedit, non erat proprius parochus horum qui contraxerant. Præterea, cum hoc matr. fuerit invalidum, non incurritur ea licentia, pena d. de spons. ibi, non enim habent tunc locum penæ matr. clandestini (ut dixi hoc lib. 3. disp. 2. n. 5.)

Si autem similis parochus des licentiam non sacerdoti, assistendi matr. proprii neutram suspensionem incurrit. Non d. c. finali, quia cum illud clandestinum matr. fit nullum (invalida enim est licentia concessa non sacerdoti, juxta dicta hoc lib. 3. disp. 2. n. 5.) pro illud non incurritur ea pena: ut dixi na. præced. Non Tridentini, quia tantum suspendit parochum, vel aliam sacerdotem, qui sine licentia parochi proprii, alienos parochianos conjugit: at hic, nec parochus conjugit alienos parochianos, & ille conjugens, non est sacerdos, nec conjugit sine licentia parochi, idem dicerem, si non sacerdos abique

abique licentia proprii Parochi conjugeret aliquos matrimonium, neutram enim suspensionem incurrit. Quia utraque fertur in Parochum, vel alium sacerdotem abique licentia proprii assistentem, nomine autem sacerdotis in materia penali, qualis est hæc, non comprehenditur diaconus, & subdiaconus, & ceteri, qui sacerdotis non sunt: ut dixi hoc lib. 3. disp. 2. n. 9. si tamen is non sacerdos, parochus esset, incurreret utique suspensionem Tridentini, conjugens alienos parochianos: quia respectu parochi non petit qualitate sacerdoti: non tamen incurrit suspensionem triennalem, juxta dicta disp. præcedenti, num. 6. ubi num. 7. dixi, qualis ignorantia excuset ab hac suspensionem Tridentini.

¶ Ad arg. proposita n. 1. respondetur. Ad 1. constat ex dictis n. 2. quia parochus non prohibens matr. clandestinam, subiectus illi suspensioni, debet esse proprius, & matr. clandestinum debet esse validum: quorum utrumque hic deficit. Ad 2. negatur vere assistere mandantem, & ad c. Mulieres, ita non dicere, vere percutere, sed vere committere, & dicit intelligitur, vere committere in legem, ipsam frangendo: non autem vere percutere, mandantem percussione. Sic respondent omnes Doctores cum Bartol. quos allegavi n. 2. quamvis Abb. eod. c. Mulieres, n. 12. hanc solutionem impugnet: quia ibi non agitur de peccato, sed de pena excommunicationis incurrenda per mandantem, quare lata est in facientem. Sed dic, verum esse ibi agi de pena excommunicationis contrahenda, per mandantem percussione clericici: non quia mandans vere percutit, & ita comprehenditur sub eadem excommunicante percussione, sed quia is textus cum extendit ad mandantem, reddens rationem, quia mandans est vere reus delicti percussione, licet non vere percutiat. Ad c. Nuper, dic non intelligi omnino de eadem pena, sed de aliqua simili pena arbitraria, quia contententes vere delinquant. Ad reg. si damnum, respondet Dacianus tract. crim. l. 9. c. 32. n. 2. intelligi interpretative, juxta do. trinam Bart. l. si tu qui pro emptore, n. 56. ff. de usu c. dicens legem equiparantem factum unus perione factio alterius, necessario fingere: quia nequit secundum naturam factum unus dicit factum alterius. Ad l. Nihil interest, respondet Dacianus eod. n. 2. intelligi, quando lata ipso aliquis cautam mortis præbet, ut ita tradat gladium furioso, sicut si solo dicto, ut faciat mandans. Ad c. Significavit, respondeo Navar. sum. c. 27. n. 1. rationem illius textus non esse, quia idem sit deferre per se, & per alium mittere: sed quia lex penalis extenditur de uno casu ad alium, quando alia esset frustratoria, vel quali: ut docent gl. finali, c. 2. de iur. in 6. Fel. c. translatio, n. ult. vof. 3. Nota, de consil. Barbarus, & Burgensis, quos refert & sequitur Cas. 3. var. c. 3. n. 9. vof. 5. & prob. ex c. Si civitas, de sent. excomm. in 6. ubi dicitur interdictum civitatis extendi ad suburbia, & subiungitur ratio, ibi, Nam licet prædicta videatur aliam murorum ambitus terminari, hoc tamen casu ne suspensio valeat sententia interdicti, expedit interpretationem fieri latorem. Ad ultimum, dicitur cum Capetano, & Navarro citatis n. 2. exigi, ut participatio sit post incursum ab altero excommunicationem, & ut ille excommunicatus sit denunciatus, ut bene ait Navar. eod. n. 112. mandans autem participat in crimine, quando nondum admissum est.

DISPUTATIO L.

An Parochus triennio suspensus, qui interfuit clandestino, si eodem triennio iterum assistat, suspendaturque iterum triennio, hoc posterius triennium confundatur cum prioribus, vel incipiat initio prioris triennii?

SUMMARIUM.

Referunt opinio afferens posterius tempus incipere initio prioris, n. 1. Referunt alia opinio deserviens, n. 2. Et sententia Auditoris, 3. Solvuntur argumenta, 4.

¶ Questio præiens eam petit difficultatem, an suspensus, vel alia pena affectus ad tempus, si durante eo tempore aliam suspensionem, vel similem penam ad tempus incurrat, hoc posterius tempus incipit prioris initio? In qua quæ triplex est sententia. 1. ait incipere initio prioris tempore. Prob. quia aliter non factis ferret utriusque delicti: licet enim duo admitta sunt delicta, ita duæ penæ contrariæ debent: ut quædam aliquis delinquit, torques plectatur c. Imitare, 6. q. 1. c. 1. de penit. Et confir. quia cretente contumacia, debet puniri auctori, non autem auctori, si duo illa tempora confundentur: ergo non confundi debent. 2. prob. quia illa duo tempora confundantur, nil operabitur secunda suspensio, cum eundem profusus effectum suspendi ad officio habeat prima suspensio: & sic delictum posterius impunitum maneret. 3. prob. quia alias pena præberet immunitatem, & primum interdictum operaretur effectus contrarios, scilicet suspensionem, & exemptionem a posteriori suspensione. 4. prob. quia casus superveniens non excusat a pena præcedenti culpa, l. Inter omnes, ff. de iur. i. Arbiter, ff. de sponsalibus sed si hæc duo tempora confundentur, superveniens casus subtraheret aliquid a præcedenti culpa pena, ergo hæc duo tempora non confundantur. Hanc tenet Stephanus Clement. 2. de Magist. vof. et refert ibi Cardin. eandem tenet Thomas de Ripera, quem refert Joan. Andr. cap. cum in cunctis, n. 30. de elec. 2. Sententia distinguit, si imponitur pena ut species, id est, cum determinatione temporis a quo incurritur, ut sit suspensus Thom. Sanchez de Matr. Tom. I.

per triennium, a die delicti, tunc triennium posterius incipit a die delicti committi, & confunditur cum priori tempore. Quando vero pena ponitur generaliter, & indeterminata, ut dicens, Sit suspensus per triennium, posterius triennium incipit prioris initio. Ratio differentia est, quia in priori casu suspensio habet præscriptum sui initii tempus, quod impedit nequit ob similem incurram suspensionem: in posteriori vero, cum præscriptum initium non habeat, interpretari, ut incipiat initio prioris tempore, ut plene utrumque plectatur delictum. Sic Bartol. in l. senatus, a. fin. per totum, ff. ad S. C. Turpilia. Abb. c. Cum in cunctis, §. fin. sine, de elec. Sivo. verb. Suspendio, quest. 6. d. 6.

¶ III. Sententia, quam præ ceteris eligo, ait incipere statim a die sent. iudicis inferentis posterius triennium, aut quando incurritur ipso iure, statim adie committi delicti, & ita confundi cum priori tempore, nisi iudex in sententia declaret, ut incipiat initio prioris tempore. Prob. quia expresse triennium, vel aliquis temporis intelligitur tacite de proximo sequenti, l. Eam qui Kalendis, 41. ff. de verb. obit. in princ. ibi: Sabimus ait, proximas Kalendas Januarii expellat: a. Non potest, §. 1. de prob. 6. ibi, intelligitur de duobus primis beneficiis, c. Capientes, §. Ceterum, de elec. Per triennium continuam ex tunc inchoandum: ergo secunda suspensio triennii intelligitur de proximo triennio, & ita confunditur tempore. 2. quia in penis benigna est interpretatio faciendâ: reg. in panis de reg. iur. in 6. sed benigna est, si interpretemur concurrentium, ac consuetum temporum fieri: draque & rigida, si aliter interpretemur: ergo prior interpretatio eligenda est. Sic tenent Glos. Clement. 2. vof. Sequentes, de magist. c. ibi Cardin. §. Si quis, quest. 2. Paul. ibi, quem refert, & sequitur Immo. ibi, nu. 13. Joan. Andr. cap. cum in cunctis, §. fin. n. 30. fin. de elec. ubi Ant. n. 12. Bald. n. 14. Cardin. quest. 4. n. 4. Anchar. qu. 7. n. 8. Immo. n. 10.

¶ Ad arg. prioris sent. proposita n. 1. resp. Ad 1. dic duas contrariæ penas, & ita sublata per abolitionem prioris suspensionem, remanere posteriorem. Ad confirm. lateor credere penam: nam 2. suspensio, pena est. Ad 2. dicit aliquid operari secundam suspensionem, nam ille est duplitem ligatus, & utriusque vinculi solutione indiget. Ad 3. nego id sequi. Quia quamvis tempora confundantur, utrumque tamen vinculum ligat. Ad 4. nego minorem, nihil enim subtrahit secundam suspensionem, nec primæ, sed suo triennio quælibet ligabit, licet per accidens contingat ea duo tempora confundi: illo enim eodem tempore duplitem ligatus erit, sic suspensus.

DISPUTATIO LI.

An Parochus suspensus ab officio, eo quod interfuit clandestino, sit consequenter suspensus a beneficio?

SUMMARIUM.

Explicatur sensus dispositionis, & quid in ea sit certum, n. v. Referuntur 10. sententia, a nu. 2. usque ad 11. Et sent. Auditoris, num. 12. Mitius agit cum lege, quam cum homine, 2. Distribuitur quotidiana an debeatur ei, qui peccat assistendo dicitur, ut si sit excommunicatus, & suspensus, & assistat. Et generaliter quousque clericus arceatur a ministerio, ob delictum, an acquirat fructus illi ministerio debitos, nu. 10. iuncto, num. 12. An hic suspensus ab officio, possit privari beneficio, 13. An Parochus suspensus ab officio, eo quod interfuit clandestino: sit suspensus a beneficio, vel possit illo privari, 14. Et solvuntur argumenta, 15.

¶ Hæc questio ex decisione ejus pendet, an suspensus ab officio sit suspensus consequenter a beneficio? Supponendum est, cum Sivo. verb. Suspendio §. 5. tripliciter posse aliquem suspendi. 1. Ab officio, & hoc est idem, quod suspendi ab exercitio ordinis, & officii clericali. 2. a beneficio, & hoc est idem, quod suspendi tantum a beneficii fructibus: non enim sic suspensus interdicitur ab illius administratione, in temporalibus, & spiritualibus. 3. Ab officio, & beneficio simul. Unde sensus disp. est, an copio quo quis suspenditur ab officio, & ordine clericali, censetur suspensus a beneficii jam adepti fructibus? (Nam a beneficio acquirendo suspensus esse constat ex c. f. vof. Si tamen, de clerico excomm. ministr. ubi minore excommunicatione irretitus eligi nequit, quoniam ad suspensionem eorum eligitur, a quorum perceptione est privatus) ita ut eos tuta conscientia percipere non possit? Et quidem, si sententia iudicis, vel canon suspensionem ab officio imponens, exprimat solum ab officio suspendere, res est abique controversia, sic suspensus ab officio, non centeri suspenditur a beneficio, alias non verificarentur verba sententia, vel canonis dicentis solum ab officio suspendere. Sic Sivo. verb. Suspendio, §. 5. vof. Iterum suspensus sit ab officio, & ibi Tab. qu. 4. n. 5. Rosella verb. Suspendio, n. 1. sine. D. Anton. 3. p. t. 27. c. 4. vof. Item cum queritur utrum suspensus ab officio, Manual. sum. 2. tom. in utraque edit. c. 67. n. 3. Lud. Lopez 2. p. instrudi. novi, c. 31. de suspensio. Quis possit suspendere. Tota igitur controversia in eo sita est, quando sententia, vel canon absolute suspendit aliquem ab offi-



4. A suspensione tamen ipso jure imposta in *Trid. sess. 24. c. 1. de matr. parochio*, vel alii sacerdoti conjungenti, aut benedicti alieno parochiano, abique licentia proprii parochi, non solum Episcopus, sed ejus etiam vicarius generalis poterit absolvere: ut constat ex illis verbis, *cod. c. 1. de jure tamdiu susproverit*, quoad ab Ordinario eius parochi, qui mater interest, debet, seu a quo benedictio suscipienda est, absolvetur: nomine autem Ordinarii comprehenditur vicarius generalis Episcopi, & quicumque alius habens jurisdictionem ordinariam: (ut dixi hoc 3. l. disp. 29. n. 5.) non tamen hic ordinarius absoluturus debet esse ordinarius iudex suspensus, absolvens, sicut in aliis solutionibus & dispensationibus contingit: sed debet esse ordinarius illius parochi, cuius erat illud matr. celebrare, aut benedicere. Ut expresse dicitur *d. c. 1.*

5. Ad arg. prioris sent. Resp. Ad 1. illam equiparationem posse habere locum, ubi suspensio sine temporis praescriptione ponitur, in quo etiam casu dispar est ratio, ut dixi n. 2. Ad 2. dic. eandem esse solvere, cuius est ligare, si propria auctoritate liget, secus si ministerio alieno: at Episcopus non imponit suspensionem illam propria auctoritate, sed auctoritate Concilii generalis sibi praecipiens, ut imponat, nec committens absolutionem.

DISPUTATIO LIII.

An poena matrimonii clandestini incurrantur ante iudicis sententiam?

SUMMARIUM.

Suspensio parochi assistentis clandestino, & amissio bonorum, quam clam contrahentes, & testes incurunt, per l. 49. Tauri indiget iudicis sententia: non autem inhabilitas ad sic contrahendum, num. 1.

An exheredatio imposta clam contrahentibus, exigat iudicis sententiam: proponitur argumenta probantia exigere, n. 2. Et illi non tenentur ad hereditatem abstinere, donec procedatur, 3.

Pater ad exheredandum non indiget iudicis sententia, 4.

Ut exheredatio suam plenam consequatur effectum, opus est sententia iudicis, & ut fratres causam probent, nu. 5. Et solvantur argumenta, 6.

An exigatur sententia iudicis, ut filii nati ex clandestino invalido, parentibus ignorantibus impedimentum, sint illegitimi: proponitur argumenta ad probandum exigi, 7.

Non exigitur sententia, nu. 8. Et ibi, quando privatio imponitur non ut poena delicti, sed ob defectum conditionis requisite, non est necessaria sententia. Et de significatione delicti, Proprius, & non est poena que nihil de jure acquisito minuit. Et solvantur argumenta, 9.

1. DE suspensione triennali, imposta parochio assistendi clandestino, iam diximus hoc 3. l. disp. 48. n. 2. eam non incurri ante iudicis sententiam.

Inhabilitatem autem, quam clam contrahentes incurunt, ad clam contrahendum, certum est, nullam desiderare sententiam, quia non est proprie poena, sed defectus solemnitatis inducitur ut dixi hoc 3. l. disp. 1. n. 11. Similiter amissionem bonorum quam clam contrahentes, & testes ipso facto incurunt, juxta l. 49. Tauri, manifestum est exigere sententiam declaratoriam. Et docent *Jes. Lap. l. 49. Tauri, n. 7. Menchaca de success. creat. l. 1. s. 10. n. 664. Matienzo l. 5. recip. t. 1. l. 1. gl. 3. n. 4. Azbed. ead. l. 1. n. 41.*

2. De duplici autem poena potest esse difficultas. Altera est, exheredationis: altera vero illegitimitatis, de quibus seorsum agendum est. Circa exheredationem ergo videtur exigi iudicis sententiam, 1. quia l. 49. Tauri, ubi eam poenam statuit, addit accusationem ejus criminis solis parentibus deserti, at ubi est accusatio, debet esse iudicium, iudicisque sent. ergo. Et confirm. quia eundem esse accusatorem, & iudicem, adverterat juri natura: si ergo parentes sunt accusatores ejus delicti, ut filia exheredetur, non possunt esse iudices eam exheredationem exequentes, sed debet adesse alterius iudicis sententia. 2. probat, quia ea est poena, & sane gravissima, ergo exigit iudicis sententiam, juxta tritum axioma, poena non debetur ante iudicis sententiam quod cum *D. Th. 2. 2. q. 62. a. 3. ad 3. amplectuntur omnes Theologi, & cum Gl. c. Fratemitas, verb. Cum augmen. 12. q. 2. juris utriusque professor. Tandem, quia pater exheredans filium tenetur causam exheredationis probare, ut habetur expresse *auth. Non licet, C. de liber. pretor. juncta glossa verb. Probat, & l. 10. r. 7. p. 6. ibi, ha manifeste que quando el padre quisere que vola susteniamto, e ovier saber de heredar jubio, que muestre razon porque lo hace, Pero no deve ser creido a menos de la probar el mismo, o aquellos que est ibliciere por herederos: ergo debet esse iudex, coram quo probetur, & consequenter ejus sententia desideratur.**

3. I. Conclusio, filius vel filia clam contrahens non tenetur ab hereditate parentum abstinere, antequam hereditate privetur, quia est poena, & subinde nullus tenetur eam sibi inferre. Sic *Molina t. 1. de just. tr. 2. disp. 176. f. 1041. s. l. l. universim.*

4. II. Concl. pater confusus cause sufficientis exheredandi, potest nulla praemissa iudicis sent. exheredare. Prob. ex *auth. Ut cum, de appellacione cogn. s. si ve igitur, & l. si in fr. tit. 8. p. 6.*

ibi, dezimos que el tierra que el padre quisere al hijo en el testamto, para de heredarlo, el heredero que est abliciere, ex tenido de lo probar. Ex quibus locis constat non exigi iudicis sententiam, ut pater exheredat filium, siquidem ante eam potest pater id facere, siquidem, ut ipso mortuo haeredes probent legitimam admissam causam. Deinde, quomvis haec sit poena, non tamen executioni mandatur, donec causa coram iudice probetur, sententiaque feratur, ergo ut solum pater utatur jure suo, explicans suam exheredandi voluntatem, ejusque causam, cum ob id non efficaciter solvenda sit poena, donec iudicis sententia accedat, ea non exigitur.

II. Conclusio, ut exheredatio suam omnimodo consequatur effectum, est necessaria iudicis sent. Prob. quia quamvis pater exheredat, at tenetur ipse, vel haeredes causam probare: quod si in probatione succubuerit, carebit effectu exheredatio, ergo ut illam omnimodo consequatur, est opus sententia iudicis, declarantis iustitiam cause, & sufficientiam probationis.

Ad argum. proposita nu. 2. respondetur, Ad 1. non esse mentem legis exigi, ut prius pater obiciat crimen, deestque in iudicium, ut exheredat, sed denegare culibet alii actionem obijcendi causam exheredandi. Ad confirm. dico parentem non esse ultimum iudicem, cuius iudicio lis terminanda est: quod tamen ipse exheredat, inferens causam coram alio probandum, ut sic lis terminetur, non esse contra jus naturale. Ad 2. & 3. respondetur tertium argumentum, quod nos fateamur: non autem indigere iudicis sententia, ut pater incipiat exheredare, ex causa legitima probanda coram iudice, lite mota a filio contra patris exheredationem.

Circa alteram poenam, filios ex clandestino matrimonio invalidos genitos, esse illegitimos, non obstante parentum ignorantia, circa impedimentum, videtur opus esse iudicis sententia, quia *in s. si si quis vero, de clandest. del. post. ubi poena statuitur, sic aut proles de talis matrimonio suscepta, proles illegitima censetur: e quod verbum, Censetur, cum sit futuri temporis, exigit iudicis sententiam, nec sententiam latam continet, sed ferendam. Ut de verbis futuris, tradit *Tiraquell. cum malis per cum relatis, l. si unquam, verb. Revertatur, nu. 39. C. de revocand. donat.**

Dicendum tamen absque dubio est, nullam exigi iudicis sententiam, 1. quia quando privatio imponitur, non ut delicti poena, sed ob defectum conditionis requisite ad gaudendum alio privilegio, nulla desideratur sententia: verbi gratia, in *Trid. sess. 23. c. 6. de reform. statuitur ut non gaudeat privilegio fori, clericus minorum ordinum carens beneficio, si non gesserit habitum clericalem. Et ibi, & c. unio. de cleric. conju. in 6. ut clericus conjugatus non gaudeat privilegio clericabilis, nisi cum unica & virgine contraxerit, & tamen clericus carens ibi requisitis, non gaudet privilegio abique alia sententia. Quia ex privato ponitur ob defectum conditionis, ad gaudendum requisite. Sic ergo contingit in nostro casu, nam *e. fin. imponens eam illegitimitatem, vere non continet poenam, sed explicat defecere conditionem requisite, ut filii nati ex matrimonio putativo, sint legitimi: adeo enim erant legitimi, juxta *e. Ex tenore, qui filii sint legitimi, quia aderat iusta impedimentum ignorantia in parentibus, unde ad eam legitimitatem haec iusta ignorantia erat conditio requisite, quam delictum in matrem clandestinam, explicat *d. c. fin. ibi, cum illi taliter contrahendo non expertos scientia, vel saltem affectatos ignorancia vidantur. 2. Quia quando verbo futuri jungitur particula aliqua suapte natura importans latam sententiam, non est opus sententia ferenda, sed continet sententiam latam: ut docet *Tiraquell. l. si unquam, verb. Revertatur, n. 75. C. de revoc. donat. hujusmodi autem est dictio, Prosus, apposta in *d. c. fin. ibi, Prosus illegitima censetur: ut plurimis citatis docet *Tiraq. 20. verb. Revertatur, nu. 87. Tandem, quia cum poena non minuit aliquid de jure pristino quaesito, vel incepto acquirit, non est proprie poena iudicis sent. expectans. Ut tradunt *Jes. Andr. c. si de elec. in 6. n. 5. verb. Legi. 2. & ibi Domin. n. 18. verb. Nota incidenter stud dictum, Bald. l. Nemo matris, ad si. C. de sacros. Eccles. Berjosus c. 2. n. 27. sine de consuet. At in hoc casu nil minuitur de jure acquisito, vel cepto acquirit.********

Ad argum. propositum num. 7. dic verbum futuri continere sent. ferendam, quando non adicitur aliqua particula, quae latam imponeret, & quando non est defectus conditionis requisite, at hic adicitur particula, Prosus, sententiam latam importans, & deficiit conditio requisite ad legitimitatem.

DISPUTATIO LIV.

An solius iudicis Ecclesiastici sit has poenas inferre laicis clam contrahentibus, postque inhibere iudicem secularem in hac causa procedentem?

SUMMARIUM.

Resertur opinio affirmans esse solius iudicis Ecclesiastici, & posse.

Possit per illum inhiberi secularem, n. 1. Et alia, solam secularem posse punire laicos sic contrahentes, 2.

Hac causa est mixti fori, daturque locus preventioni, 3.

Quid, si non constet de matrimonii clandestinitate, sed quaestio sit an matr. sit clandestinum, ut filius censetur legitimus ob bonam parentum fidem, an possit cognoscere iudex secularis, n. 4. Explicatur ibi. c. Tuam, de ordine cogniti. Quae quando sit quaestio iuris, & quando facti.

An poena iuris excoli, & canonici servanda sit in foro Ecclesiastico, & seculari, 5.

An iudex Ecclesiasticus possit inhibere secularem, de testes deponant coram eo, vel ne puniat clam contrahentes, 6.

An si Ecclesiasticus non condigne puniat laicum clam contrahentem, possit secularis iterum punire: & idem in criminibus aliis mixti fori, 7.

Quid, si secularis prius punivit, sed minus digne, an possit Ecclesiasticus iterum punire, 8.

Quidam ajunt, solius iudicis Ecclesiastici esse, has poenas imponere. Prob. quia cause matrimoniales ad solam iudicium Ecclesiasticum pertinent, c. Tuam, de ordine cogn. ibi, tuam non credimus latere praedictam, causam natalium Regiae Cyprae, ad examen nostrum (supra quo ad forum Ecclesiasticum pertinet) esse delatum, & in *Trid. sess. 24. can. 12. De qua re consulendus est *Bellarmin. l. 1. de matr. c. 32. Et confirm. quia punitioni clam contrahentium, necessario praemittenda est cognitio clandestinitatis matrimonii, ut constet, num deliquerit: at haec cognitio pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, cum matrimonii substantiam tangat: ergo & punire clam contrahentes. Sic tenet *Al. de Nevo c. si s. 3. n. 5. n. 5. de clandest. del. post. allegat per se *Gl. c. 2. de penit. & veniu. verb. Revertatur, ubi inter casus Episcopos reservatos, numerat imponere poenitentiam clam contrahentibus: quam ibi Francus n. 8. dicit singularem, licet eam explicat de foro penitentiarum, Idem tenet *Cov. 4. decr. 2. p. c. 6. inno. n. 21. ubi dicit, posse secularem iudicem per Ecclesiasticum inhiberi, eo casu, quo de matr. adhuc non constat, ut liberius possint testes coram Ecclesiastico de matrimonii veritate deponere.*****

Alii vero docent, solam iudicem secularem posse punire laicos clam contrahentes. Quia jus canonicum non imponit poenam contrahentibus, nec testibus. Sic *Casillo l. 49. Tauri, nu. 8. verb. Ultimo, ergo tenore.*

3. I. Conclusio: hoc delictum est mixti fori, unde jure qui praevenerit, iure Ecclesiasticus, sive secularis, puniat haec delictum. Prob. quia haec est quaestio facti, & non iuris, nec oportet cognoscere ad hoc puniendum, de valore matrimonii. Sic docent *Minch. de success. creat. l. 3. s. 26. n. 69. Azbed. de l. s. recip. t. 1. n. 42. & 45. Gutierrez. 2. praed. q. 2. n. 1. 100. & seq. ubi disputat, quid dicendum sit de eodem iudice, quando prius insufficienter punierit. Item tenet *Ant. Gom. l. 3. var. c. 1. nu. 40. Jul. Clarus l. 5. receptarum, praed. crimin. s. si. q. 57. verb. penult. dicens esse communem sententiam, Ant. Chencus l. 2. in fin. major. tit. 6. n. 99. Anast. German. de sacrum immunitate, l. 3. c. 12. n. 24. & 86.**

Adde cum *Ant. Gom. & Jul. Claro ibidem, & Ant. Cuco, n. 98. ex mente omnium colligi, mixti fori criminis reum, prius per secularem iudicem puniunt, non posse amplius per Ecclesiasticum puniri. Quia iniusta poena per secularem, censetur semper competens, & gravior ex jurisdictionis qualitate. Quod bene intelligit *Julius Clarus* dummodo poena corporalis, vel pecuniaria per secularem imposita, non est levior imponenta per Ecclesiasticum. Poena (inquam) corporalis, vel pecuniaria: quamvis enim excommunicacionis poena, quam passim imponunt Ecclesiastici, sit omni corporali gravior, at in hac re non est inter graves poenas computanda, cum potius medicinalis sit, quam afflictiva, c. 1. de sent. excomm. in 6.*

competens: similiter si in specie illius c. Tuam, esset quaestio, an matr. esset contractum in facie Ecclesiae, vel clam, ut si constet an filius sit legitimus ob bonam parentum fidem iuxta c. Ex tenore, qui filii sint legit. Secularis iudex potest cognoscere, quia pertinet ad factum, & facta pronuntiatione super facto, proles censetur legitima, vel illegitima. Haec *Barboja ibi.*

Hinc fit, jus canonicum, & civile, in punitione clandestini matrimonii veluti unum jus reputari, ut alterius juris decisiones, & poena, in utroque foro servanda sint: Ecclesiastico, scilicet, & seculari, ubi non reperitur contraria: jus enim civile procedit adjuvando canonicum. Sic *Minchica d. s. 26. n. 70.*

II. Concl. iudex Ecclesiasticus potest inhibere secularem, ut tantum deponat testes coram eo de valore matrim. ut dixit *Cov. 4. decr. 2. p. 5. inno. n. 21. non vero respectu punitionis: cum sit mixti fori, & ita locus dero preventioni. Prob. prior pars, quia cum ad iudicem Ecclesiasticum spectet de matr. valore tractare, potest consequenter iudicem secularem compellere, ut permittat testes coram se de hoc deponere. Sic *Gutier. 2. praed. q. 2. n. 1. ubi hoc restringit, ante *Trid. habuisse verum, dum matrimonium clandestinum valida erant: cum tamen modo irrita sint, jam (inquit) non est opus testes deponere coram Ecclesiastico iudice de matr. valore. Sed immerito sic restringit: nam eriam modo potest esse necessaria testium depositio coram Ecclesiastico iudice: ut si aliquis intendet matrimonium celebratum coram parochio & testibus, omittis denuntiationibus: (quod clandestinum est, ut diximus hoc 3. l. disp. 1. n. 7.) esse invalidum: quia contrahentes non praebuerunt signa externa contentus, aut quia intercessit metus, vel quia parochus non attendit, vel allegaret testes abique parochio intercessisse.***

III. Conclusio si iudex Ecclesiasticus non condigne puniat clam contrahentes, possit eos jure secularem iterum punire, non secus ac si puniti non essent, ita tamen, ut haec 2. punitio temperetur, ac condigna sit habita ratione poenae ab Ecclesiastico impositae. Probatur ex *c. 2. de maledictis ibi, per temporalem praetera potestatem: & per c. Felicis, ad finem, de penit. verb. Per hoc, ibi, Per hoc quoque secularibus possessoribus non admittimus facultatem utendi legibus contra tales. Sic *Minchaca de success. creat. l. 3. s. 26. n. 69. Gutierrez. 2. praed. q. 2. n. 1. & in genere non condigne puniunt ab Ecclesiastico, posse per secularem puniri, si est laicus, & crimen est mixti fori, docent *Abb. c. 1. de offic. ord. fin. Felin. Quod olim, de Judeis, fin. Cov. multos alios referens, c. Raynuius, inno. n. 19. de test. Maranta praed. q. 4. p. 1. An sit iudicium civile, vel criminale, num. 27. ubi ejus additionem multa allegat. Et consulendus est *ibi Maranta, n. 19. & p. 6. ubi. Et proceditur aliquando per viam inquisitionis, num. 92. 100. & seq. ubi disputat, quid dicendum sit de eodem iudice, quando prius insufficienter punierit. Item tenet *Ant. Gom. l. 3. var. c. 1. nu. 40. Jul. Clarus l. 5. receptarum, praed. crimin. s. si. q. 57. verb. penult. dicens esse communem sententiam, Ant. Chencus l. 2. in fin. major. tit. 6. n. 99. Anast. German. de sacrum immunitate, l. 3. c. 12. n. 24. & 86.*****

Adde cum *Ant. Gom. & Jul. Claro ibidem, & Ant. Cuco, n. 98. ex mente omnium colligi, mixti fori criminis reum, prius per secularem iudicem puniunt, non posse amplius per Ecclesiasticum puniri. Quia iniusta poena per secularem, censetur semper competens, & gravior ex jurisdictionis qualitate. Quod bene intelligit *Julius Clarus* dummodo poena corporalis, vel pecuniaria per secularem imposita, non est levior imponenta per Ecclesiasticum. Poena (inquam) corporalis, vel pecuniaria: quamvis enim excommunicacionis poena, quam passim imponunt Ecclesiastici, sit omni corporali gravior, at in hac re non est inter graves poenas computanda, cum potius medicinalis sit, quam afflictiva, c. 1. de sent. excomm. in 6.*